UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Nucleus Practici Tractatus, De Legibus

Marchius, Ewald

Coloniæ Agrippinæ, 1660 [erschienen] 1661

§. 8. Describit vitæ humanæ brevitatem & inconstantiam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42256

Visual Library

a Hinc emunda oculos, obſcuras detrahe ſquamas,
b Lumine purgato, impendentia damna notabis,
c Stultitiamque tuam, & tenebras miraberis ipſe:
Has ut deuites, præſens cautela docebit.

§. 8

Deſcribit vitæ humanæ brevitatem & inconſtantiam.

Quæ enim eſt vita veſtra? vapor admodicum parens, & deinceps exterminabitur. *Iac.* 4 *v.* 15.

PRæſens vita brevis, fluido ſimiliſque vapori,
d Et folio ventis rapto, plumæque fugaci,
e Ut flos egreditur, ſqualletque à poplite preſſus,
f Et velut ablatis cum nubibus, aufugit umbra,
Sic pertranſit homo, nec eodem permanet unquam
In curſu, qui hodie eſt ſanus, cras forſitan æger,
g Fatali lecto decumbet, qui modo fortis,

a *Pſal.* 12 & 118. *Actor* 9. b 4. *Reg.* 6 & 4. *Reg* 11 c *Sapi.* 2. d *Iob.* 13. e *Idem* 14. f *Ibidem*, g 2. *Mach* 9, *Actor.* 4.

Aut præit, aut ſequitur feretrum, cras forſan
eodem,
Dum minimè ſperat, tumulandus, & ipſe feretur,
a Aut hoc momento, ſi ſit Divina voluntas:
b Omnes fata manent, datur hinc exceptio
nulla,
c Quando ſtatuta ſemel, defluxit clepſydra
vitæ,
d Cujus nulla quies, nam ſemper currit arena,
Donec eam ſiſtat, cum vult, Deus, Arbiter
orbis.
Serius, aut citius, metam properamus ad
unam,
Quæ tamen, æqualis minime poſt fata, cuique:
Eventum finis, Cœlum infernuſque docebunt.

§. 9.

Conſulit Mortis meditationem.

Statutum eſt Hominibus ſemel mori, & poſt
hoc Judicium. *Hebr* 9. *v* 27.

a MOrs animo ſit fixa tuo, nec corde recedat
Omnibus hæc vivis ſubeunda eſt, tempore
certo

a *Luca* 11. & 16 b *Pſal.* 13 *Habr.* 9. c *Iſa* 38.
d *Daniel* 4. a 1. *Corinth*, 16. *Eccli*, 7.